Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

LXVIII. Quomodo seditionem molestè ferens, pacem suasit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

A edita, univerſum ſimul terrarum orbem ſacris radiis illuſtraverat; non ſine cauſa vos cunctarum gentium ſalutis auctores ac duces fore confidens, & mentis affectu & oculorum acie exquirere laborabam. Statim igitur poſt magnam illam victoriam, & poſt certiſſimum de hoſtibus triumphum, ante omnia illud rurſus ſcrutari conſtitueram, quod præcipuum & maximi momenti eſſe judicabam.

Caput LXVIII.

Quomodo ſeditionem moleſtè ferens, pacem ſuaſit.

B VErùm, ô eximia Dei providentia! quis & qualis nuntius aures meas, ſeu potius animum ipſum acerbiſſimè ſauciavit; cùm mihi ſignificatum eſt multò graviora inter vos orta eſſe diſſidia, quàm ſunt illa quæ in Africa remanſerunt. Adeò ut partes veſtræ, à quibus medelam aliis ſuppeditari poſſe ſperabam, majore jam curatione indigeant. Ac mihi quidem de harum rerum initio atque origine accuratius cogitanti; levis admodum cauſa eſſe viſa eſt, nec tantâ animorum contentione digna. Itaque ad hujus epiſtolæ ſcribendæ neceſſitatem redactus, & ad concordem utriuſque veſtrûm ſolertiam ſcribens, invocato ad hoc opus auxilio divinæ Providentiæ, arbitrum me diſſenſionis veſtræ, & quaſi pacis moderatorem merito interpono. Nam qui etiamſi gravior ſubeſſet cauſa diſcordiæ, tamen Deo juvante, piis audientium mentibus rationem inſinuans, haud difficile poſſem ſingulos ad ſalubriora conſilia revocare; idem cùm levis admodum & exigua nunc cauſa ſit, quæ totius corporis conſenſioni obſtat, cur non multo faciliorem & expeditiorem hujus rei correctionem mihi ipſe ſpondeam?

Caput LXIX.

Vnde nata ſit controverſia inter Arium & Alexandrum, & quòd talia non erant diſquirenda.

POrro præſentis controverſiæ initium hinc extitiſſe comperio. Cùm enim tu Alexander à preſbyteris tuis requireres, quid quiſque eorum de quodam legis loco ſentiret, ſeu potius de quadam parte inanis quæſtionis eos interrogares: cumq; tu, Ari, id quod vel nunquam

πων ἐκδοθεὶς, ἅπασαν ὁμοῦ τὴν οἰκουμένην ἱερῷ λαμπτῆρι κατήστραψεν, εἰκότως ὑμᾶς ὥσπερ τινὰς ἀρχηγοὺς τῆς τῶν ἐθνῶν σωτηρίας ὑπάρξειν πιστεύων, ὁμοῦ καὶ ψυχῆς νεύματι καὶ ὀφθαλμῶν ἐνεργείᾳ ζητεῖν ἐπειρώμην. ἅμα γοῦν τῇ μεγάλῃ νίκῃ καὶ τῇ τῶν ἐχθρῶν ἀληθεῖ θριαμβείᾳ, τουτέστι πρῶτον εἱλόμην ἐρευνᾶν, ὃ δὴ πρῶτόν μοι καὶ τιμιώτατον ἁπάντων ὑπάρχειν ἡγούμην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΗ΄.

Ὅτι λυπηθεὶς διὰ τὴν στάσιν, τὰ περὶ εἰρήνης συμβουλεύει.

Ἀλλ' ὢ καλλίστη καὶ θεία πρόνοια. οἷόν με τῆς ἀκοῆς, μᾶλλον δὲ τῆς καρδίας αὐτῆς τραῦμα καίριον ἥψατο, πολλῷ χαλεπωτέραν τῶν ἐκεῖ καταλειφθέντων τὴν ἐν ὑμῖν γινομένην διχοστασίαν σημαῖνον. ὡς πλείονος ἤδη τὰ καθ' ὑμᾶς μέρη θεραπείας δεῖσθαι, παρ' ὧν τοῖς ἄλλοις τὴν ἴασιν ὑπάρξειν ἤλπισα. διαλογιζομένῳ δή μοι τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ὑπόθεσιν τούτων, ἄγαν εὐτελὴς καὶ οὐδαμῶς ἀξία τῆς τοσαύτης φιλονεικίας ἡ πρόφασις ἐφωράθη. διόπερ ἐπὶ τὴν τῆς ἐπιστολῆς ταύτης ἀνάγκην ἐπειχθεὶς, καὶ πρὸς τὴν ὁμόψυχον ὑμῶν ἀγχίνοιαν γράφων, τήν τε θείαν πρόνοιαν καλέσας ἀρωγὸν τῷ πράγματι, μέσον τῆς πρὸς ἀλλήλους ὑμῶν ἀμφισβητήσεως, οἷον εἰρήνης πρύτανιν ἐμαυτὸν προσάγω εἰκότως. ὅπερ γὰρ δὴ συναιρομένου τοῦ κρείττονος, καὶ εἰ μείζων ἦν τις ἀφορμὴ διχονοίας, οὐ χαλεπῶς ἂν ἠδυνήθην, ὁσίαις τῶν ἀκουόντων γνώμαις ἐγχειρίζων τὸν λόγον, εἰς τὸ χρησιμώτερον ἕκαστον μεταστῆσαι. τοῦτο μικρᾶς καὶ λίαν εὐτελοῦς ἀφορμῆς ὑπαρχούσης ἢ πρὸς τὸ ὅλον ἐμποδὼν ἵσταται, πῶς οὐχ εὐχερεστέραν καὶ πολλῷ ῥᾳδιωτέραν μοι τοῦ πράγματος τὴν ἐπανόρθωσιν μνηστεύσει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΘ΄.

Πόθεν ἡ Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀρείου ζήτησις ἤρξατο, καὶ ὅτι μὴ ἐχρῆν συζητεῖν ταῦτα.

Μανθάνω τοίνυν ἐκεῖθεν ὑπῆρξαι τοῦ παρόντος ζητήματος τὴν καταβολήν. ὅτε γὰρ σὺ ὦ Ἀλέξανδρε παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐζήτεις, τί δή ποτε αὐτῶν ἕκαστος ὑπὲρ τινος τόπου τῶν ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένων, μᾶλλον δ' ὑπὲρ ματαίου τινὸς ζητήσεως μέρους ἐπυνθάνου